

† N E C R O L O G I A †

† R. P. Aloysius Nobili (1880-1945)

(Prov. Rom.)

Frusino apud Campanos Aloysis die 20 Aprilis 1880 exorto patria fuit, quem vix decem annos agentem post patris obitum pia mater ad Scifellananum nostrum Collegium erudiendum misit. Romae ad S. Alfonsi tironum curriculum laudabiliter explevit et die 29 Septembris anni 1897 religiosa nuncupavit vota. Tandem anno 1908, gravioribus Cortonae studiis absolutis, sacerdotio auctus et in Scifellanum gymnasium missus est iunioribus excolandis, quo in munere et animum et mentem alumnorum captavit. Decurrente vero anno 1909 Romam ad S. Ioachim se contulit coadiutor parochis P. Gasparini Iacobo, postea P. Toti Philippo. Studentium Urbis coetibus tum pietatis tum morum incrementum praebuit, quos « Novam Iuuentam » vocavit: huic societatem roborandis viribus aptissimam, quam « Flores » dixit, adiunxit nec non « Stellam maris » iuvandis in pietate et catholico munere obeundo puellis. In adeundis septem Ecclesiis pie ac devote, selecta iuvenum elata voce supplicantium comitante caterva, mundano spreto timore, non semel visus est.

Venetias missus, Patriarchae Emī Petri La Fontaine exoratu rem catholicam inter iuvenes universitati studiorum adscriptos curavit. Mense Ianuario anni 1923 primum in vulgus periodica folia, quibus nomen « Il SS. Redentore », ab ipso Emō Patriarcha amplissima exornata laude, edit. Anno autem 1924 Agrigentinae domui praeficitur ac dein Visitator Siciliae renuntiatetur, quo expleto munere in Capitulum Generale a. 1936 ut Vocalis missus fuit. Postea vero ob haud firmam valetudinem Romam reversus, ad S. Ioachim ministri onere gravatus, quo demisso, oculis laborans, repentina morbo abreptus, praeter omnium expectationem noctu 23 Martii an. 1945 obiit in Domino. In funus concurrit magna populi frequentia, praesertim iuvenum a re catholica, qui ferendi feretri honorem sibiipsis vindicaverunt. R. I. P.



Nuntius Apost. PAULUS LEARDI, Vindobona 16/4/1818 ad Proc. Gen. P. GIATTINI (Nunz. Vienna, vol. 251).

« Con piacere ho letto il decreto della riassunzione della causa per la canonizzazione del B. Liguori e l'ho passato al P. Hoffbauer, che n'è rimasto consolatissimo coi suoi PP. Martino [Stark] e Giovanni [Sabelli]. Questi buoni Religiosi si raccomandano da per loro per l'esemplare condotta della vita e pel bene che fanno ».